



FR. XAV. REITHMAYR,

SS. THEOLOGIAE DOCTOR ET S. SCRIPTURAE N. T. PROFESSOR PUBL. ORD., EX INTIMIS CUBICULARIIS
S. D. PP. PII IX., REV. EPISCOPO SPIR. IN SPIRITUAL. A CONSILIIS, ORD. S. MICHAEL. ET ORD. REG. NEAP.
FRANC. I. PRO MERIT. EQUES, FACULTATIS THEOLOGICAE ASSESSOR ET H. T. DECANUS

AD

DISPUTATIONEM PUBLICAM

PRO

SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS RITE CAPESSENDIS

AB

ADMODUM REVERENDO ET PERDOCTO VIRO AC DOMINO

EDMUNDO TREIBEL,

LINGENAVIENSI-BORUSSO, DIOECESIS VARMIENSIS PRESBYTERO,

DIE XXX. MENSIS NOVEMBRIS MDCCCLXV. HORA IX.

HABENDAM

RECTOREM UNIVERSITATIS MAGNIFICUM,
PATRES CONSCRIPTOS, OMNIUM ORDINUM PROFESSORES, CIVES ACADEMICOS, LITERATOS DENIQUE
AC LITERARUM FAUTORES

OMNI, QUA PAR EST, OBSERVANTIA INVITAT.

MONACHII, 1865.

X TYPOGRAPHIA ACADEMICA

J. G. WEISS.



Dissertatio:

Comparatio inter orientalis occidentalisque ecclesiae et auctoris anonymi libri de re-baptismate de haereticorum baptismo sententias.

Quaestio inauguralis:

De doctrina Pauli Samosatani.

THESES DEFENDENDÆ.

I. Ex historia ecclesiastica.

- 1) Arius monotheismi puritatem, quam tueri voluit, revera sustulit.
- 2) Decretales Pseudo-Isidorianae in Gallia conscriptae sunt.
- 3) Anonymus auctor id praecipue spectabat, ut episcopos tutiores redderet, metropolitanorum autem auctoritatem minueret.
- 4) Juliani imperatoris apostasia a puerili institutione originem duxit.
- 5) Gregorii VII agendi rationem non possumus reprobare.
- 6) Bonifacius VIII minime perspexit, quod aetatis suae ratio requirebat.
- 7) Bella cruciata Europae maximo commodo fuerunt.
- 8) Litterae, quas Huss ab imperatore Sigismundo acceperat, non erant privilegium immunitatis in conspectu concilii Constantiensis.
- 9) Non injuria Wiclef et Huss possunt vocari praecursores Lutheri.
- 10) Bonifacius non immerito Germaniae apostolus vocatur.

II. Ex novo testamento.

- 11) Nihil erat Christo cum Essenis.
- 12) Versio Itala nomen ab originis regione duxit.
- 13) S. Paulus vitam coelestem I. Cor. VII. 26 ex rationibus supernaturalibus commendavit.
- 14) Petrus a Paulo Gal. II, 11. non sine justa causa reprehensus est.
- 15) Epistola II. s. Joannis ab apostolo Joanne, non a presbytero quodam Joanne, scripta est.
- 16) Gal. III, 11 „ἐκ πίστεως“ ad „δικαιος“, non ad „ῥησεται“ referendum est.
- 17) Jacobus cognomine ἀδελφὸς τοῦ κυρίου (Gal. I, 19) fuit δεσπότης Domini nostri Jesu Christi.
- 18) Idem Jacobus ex numero fuit duodecim apostolorum.
- 19) Jure concilium Tridentinum declaravit, vulgatam versionem esse authenticam.
- 20) Hermeneutices principia initio reformationis jactata et successive tradita a protestantibus, divinae revelationis evertendae paullatim ansam dederunt.

III. Ex vetere testamento.

- 21) Nec Pharisei nec Sadducaei vere sectae Judaicae fuerunt.
- 22) משיח Gen. cap. 49. vers. 10. significat Messiam.
- 23) Sacrificia Veteris Testamenti remissionem peccatorum ex opere operato non efficiebant.
- 24) Quae in libro Genesi narrantur, non sunt conferenda cum antiquorum populorum mythologiis.
- 25) Leges de cibis non solum sanitatis causa latae erant, sed etiam vim habebant symbolicam.
- 26) Liber Isaiae nomine inscriptus revera ab illo propheta, non ut nonnulli volunt, a scriptore ignoto exilii Babylonici temporibus conscriptus est.
- 27) Israelitae contra Canaanitas non immerito bellum exitiosum gesserunt.
- 28) Pentateuchi auctor fuit Moyses, nec plures hujus operis compositores statuere licet.
- 29) Vaticinium Malachiae cap. I. vers. 11. intelligendum est de missae sacrificio.
- 30) Malachias cap. IV. 5—6 et de Joanne Baptista et de Elia Thesbite vaticinatus est.

IV. Ex theologia dogmatica.

- 31) Homines propriis rationis viribus invenire possunt, Deum esse personalem.
- 32) Creatianismus peccati originalis propagationem satis explicare valet.
- 33) Generatianismus cum doctrina catholica aegre conciliari potest.
- 34) De parvulorum salute, qui sine baptismate moriuntur, desperare non debemus.
- 35) Indulgentiae etiam in foro Dei valent.
- 36) Per indulgentias tantum poenae vindicativae, non etiam medicinales possunt remitti.
- 37) Spiritum sanctum a Filio quoque procedere, quin totum de SS. Trinitate dogma corruat, negari non potest.
- 38) Non audiendi sunt, qui peccatum originale in concupiscentia ponunt.

- 39) Justificationis gratia non consistit in mera imputatione externa justitiae Christi, sed in remissione peccatorum et hominis interna renovatione.
40) Moysis de creatione mundi narratio non repugnat doctrinae geologorum.

V. Ex theologia morali.

- 41) Occulta compensatio non omnino illicita est.
42) Supplicium mortis non est abolendum.
43) Leges mere poenales esse rejicio.
44) Probabiliorismum defendo.
45) Omnis actio libera in individuo vel bona vel mala est, et nulla indifferens.
46) Juramentum est actus religionis, eoque uti licitum est, si debitae ad juramentum adsint conditiones.
47) Juramentum promissorium, licet vi metuque extortum, dispensatione legitima tantum dissolvi potest.
48) Regula juris „in dubio melior est conditio possidentis“ in actibus moralibus admitti nequit.
49) Distinctio inter peccata mortalia et venialia cum doctrina catholica de justificatione intime cohaeret.
50) Amor initialis est dispositio necessaria ad sacramentum poenitentiae cum fructu suscipiendum.

VI. Ex jure canonico.

- 51) Contrahentes matrimonium sunt ministri sacramenti.
52) A catholicorum connubia matrimonia sunt vera, non concubinatus.
53) Error qualitatis non est per se impedimentum dirimens.
54) Solus error in persona irritat matrimonium.
55) Error circa turpissimam quandam sponsae conditionem e numero impedimentorum dirimentium est excludendus.
56) Ad matrimonium revalidandum utraque pars certior fieri debet, se invalide contraxisse.
57) Ecclesia Romana benedictionem sacerdotalem ad valorem sacramenti matrimonii necessariam esse nunquam censuit.
58) Omnia inter fideles matrimonia valida sunt sacramenta.
59) Sola ecclesia Romana semper aperte et constanter docuit, matrimonium dissolvi non posse.
60) Romanus pontifex habet ex jure divino primatum in universam ecclesiam.

VII. Ex theologia pastoralis.

- 61) Vere liberalia reipublicae instituta cum ecclesiae catholicae ingenio maxime conveniunt.
62) Disciplina casus reservandi saluberrima est.
63) Sacrificium missae apte lingua latina peragitur.
64) Hymnus angelicus nullam continet gratiarum actionem.
65) Possessor bonae fidei non omnes fructus mixtos restituere debet.
66) Peregrinationum sacrarum usus, antiquissimus in ecclesia, suo jure retinetur.
67) Sanctissimi Sacramenti expositio nonnisi rarissime ad augendam solemnitatem concedenda est.
68) Absolutio conditionata rarissime et tantum sub conditione de praesenti est adhibenda.
69) Sermones funebres nonnisi ex gravibus causis adhibendi sunt.
70) Sacramentalia creaturam irrationalem redemptionis fructus quodammodo participem efficiunt.

